

# Fall XX aus der Fallsammlung ‚Quaestiones dominorum Bononensium‘

(Scripta Anecdota Glossatorum, ed. J. B. Palmiero, Bd. 1, Bologna 1913, S. 215) in deutscher Übersetzung.

## Fall XX.

Titius bat den Schmied und Goldschmied Seius, ihm goldene Ringe von bestimmtem Gewicht und bestimmter Form herzustellen. Der Schmied Seius sagte dem Titius, er solle ihm die dafür nötigen Kohlen beschaffen. Titius schickte seinen Sklaven nach Kohlen in den Wald. Der Sklave ging hin, fällte einen Baum, zündete ein Feuer an und stellte Kohlen her, welche er gemäß dem Befehl seines Herrn zum Hause des Goldschmieds trug. Der Goldschmied aber, in der Annahme, daß sie ausgelöscht seien, befahl, die Kohlen an der Hauswand abzuladen, wo er seine Kohlen gleichfalls immer zu lagern pflegte. Da die Kohlen aber wegen Nachlässigkeit des Sklaven nicht gut ausgelöscht waren, begannen sie wieder zu glühen, und das ganze Haus wurde durch das Feuer vernichtet. Die Frage ist, ob der Goldschmied den Titius mit der Klage aus dem Werkvertrag oder mit der lex Aquilia belangen kann. Martinus sagt, daß er es mit folgender Unterscheidung könne: Wenn er einen wertlosen und nachlässigen Sklaven geschickt habe, so könne er mit der Deliktsklage nach der lex Aquilia selbst [scil. in eigenem Namen] in Anspruch genommen werden. Wenn er aber einen verständigen Sklaven geschickt habe, so hafte er namens des Sklaven und wegen dessen Nachlässigkeit, wenn er sich nicht durch Freigabe des schadensstiftenden Sklaven befreie.

Für den Kläger:

Dig. 9, 2, 27, 9

Dig. 19, 2, 11

Dig. 9, 1, 1

Inst. 3, 14

Für den Beklagten:

Dig. 9, 2, 28

Dig. 9, 2, 52, 3

Dig. 43, 24, 7

**XIX.** Titius venale habebat frumentum, quod per civitatem portari fecit, sicut de more est. Invenit Sempronium, qui volebat emere portionem, et ab eo quesivit an vellet vendere, et an totum tale esset. et subdit: Veni, et vide. convenit de certo pretio. ivit Sempronius et sibi placuit, et pro toto pretium solvit. at cum mensuraret, terre vel <sup>1</sup> vasis vitio, fere pro maiori parte marcidum invenerunt. Titius proponit actionem ex contractu <sup>2</sup> ad rem tradendam talem qualem ostendit, vel <sup>3</sup> ad interesse per legem illam que dicit: « si res vendita non tradatur, ad id quod interest agitur ». Queritur an possit agere <sup>4</sup>.

- R.** D. de redhibitoria actione, l. si quid <sup>5</sup>.  
D. de contrahenda emptione, l. domum <sup>6</sup>.  
D. de actionibus empti, l. Iulianus <sup>7</sup>.  
**R.** D. de actionibus empti, l. tenetur § si vas <sup>8</sup>.  
C. <sup>9</sup> de rescindenda venditione, l. quisquis <sup>10</sup>.  
D. commodati, l. in rebus <sup>11</sup>.  
D. locati, l. sed addes <sup>12</sup>.

**XX.** Titius rogavit Seium fabrum et aurificem, ut facerent ei anulos aureos certi ponderis, certeque forme. Seius faber dixit Titio ut quereret ei carbones necessarios ad hoc. Titius misit servum suum in nemus pro carbonibus. servus ivit, arborem deiecit, ignem accensit, et carbones fecit. quos precepto domini, Seii in domum aurificis tulit. aurifex autem, putans eos optime fore extinctos, iussit ut carbones deponeret iuxta parietem domus, ubi consueverat ipse carbones semper deponere. carbones autem, per negligentiam servi non bene extincti, vires resumpserunt, et tota domus exusta est igne. Queritur utrum aurifex possit convenire Titium actione ex locato vel conducto, vel legis Aquilie. MARTINUS dicit posse, cum tali distinctione: si misit servum vilem et negligentem tenebitur actione legis Aquilie nomine suo, si autem misit servum prudentem, tenebitur nomine servi, propter eius negligentiam, et dando servum noxe liberatus <sup>13</sup>.

- R.** D. ad legem Aquiliam, l. si servus § si fornicarius <sup>14</sup>.  
D. locati, l. videamus <sup>15</sup>.  
D. si quadrupes pauperiem, l. I <sup>16</sup>.  
In Inst. quibus modis re contrahitur obligatio <sup>17</sup>.  
**R.** Ad legem Aquiliam, l. qui fovas, l. si ex plagis § quidam <sup>18</sup>.  
D. quod vi aut clam, l. si alius <sup>19</sup>.

**XXI.** Quidam decessit, tribus filiis heredibus relictis, et rogavit eos ut si quis eorum sine liberis deederet, suam partem hereditatis fratribus suis restitueret. deinde, uno ex his decedente, cum hereditatem non restitueret, ut iussus fuerat <sup>20</sup>, ecclesiam heredem instituerat. Queritur si fratres possint petere ab ecclesia. Ugo dicit posse.

<sup>1</sup> Cod. ut. — <sup>2</sup> Cod. certo. — <sup>3</sup> Cod. ut. — <sup>4</sup> Cfr. P. CXXXVIII. — <sup>5</sup> T. XXI, l. 1. 18. — <sup>6</sup> D. XVIII, l. 1. 57. — <sup>7</sup> D. XIX, l. 1. 18. — <sup>8</sup> D. XIX, l. 1. 6 § 1. Cod. add. D. eod. l. inter eum. — <sup>9</sup> Cod. D. — <sup>10</sup> C. IV, 44, l. 18. — <sup>11</sup> D. XIII, 6, l. 18. — <sup>12</sup> D. XIX, 2, l. 19. — <sup>13</sup> Cod. preliberatur. — <sup>14</sup> D. IX, 2, l. 27 § 9. — <sup>15</sup> D. XIX, 2, l. 11. — <sup>16</sup> IX, l. 1. 1. — <sup>17</sup> I, III, 14. — <sup>18</sup> D. IX, 2, l. 28, l. 52 § 8. — <sup>19</sup> D. XLIII, 24, l. 7. — <sup>20</sup> Cod. add. una. — <sup>21</sup> D. XXXI,

- R.** D. de legatis II, l. peto <sup>21</sup>.  
D. de prescriptis verbis, l. si gratiam <sup>22</sup>.  
C. communia de legatis, l. si duobus <sup>23</sup>.  
C. de usucapionibus, l. si contra <sup>24</sup>.  
C. de probationibus, l. quod obtinet <sup>25</sup>.  
**R.** C. ad Trebellianum, l. I, <sup>26</sup>.  
D. de petitione hereditatis, l. regulariter <sup>27</sup>.  
C. de testamentaria manumissione, l. contra <sup>28</sup>.

Alia questio est: Si in testamento, cum ecclesia **XXII.** instituta esset, fratres presentes fuerunt et non contradixerant, quia videntur suum ius remisisse, ut multis legibus argumentari potest, si poterit eis preiudicare. Cum autem in precedenti questione responsum sit fratres <sup>29</sup> posse petere ab ecclesia, et cum decisio ipsius mors et fluis sit presentis, videtur mihi quod talis consensus non preiudicet <sup>30</sup>.

- R.** D. de solutionibus, l. si stipulatus <sup>31</sup>.  
D. de administratione tutorum, l. Lucius <sup>32</sup>.  
C. de peculio <sup>33</sup>.  
D. quibus modis pignus, l. sicut re § non videtur <sup>34</sup>.  
D. de legatis II, l. Titia § Lucius in testamento <sup>35</sup>.  
**R.** D. de donationibus inter virum et uxorem, l. servus communia <sup>36</sup>.  
D. de iure dotium, l. cum pater <sup>37</sup>.  
D. de evictionibus, l. quidam <sup>38</sup>.  
D. de tutelis, l. si filius <sup>39</sup>.  
D. mandati, l. si fideiussore § si debitor <sup>40</sup>.

Cuidam <sup>41</sup> pecuniam suam Titius <sup>42</sup>, ut Rome **XXIII.** solveret suo procuratori, mutuo dedit. et debitor Titii ivit se soluturum pecuniam Rome procuratori suo. ille procurator Rome constitutus, in domuncula quadam patiebatur valde. isto volente pecuniam solvere, procurator retinebat, quia timebat ne ei subtraheretur a locatoribus, quorum inerat noxia conversatio, non ignorante procuratore et debitore. ad ultimum debitor ei procuratori solvit, et ipse accepit prout potuit. ipso moriente de ipsa infirmitate, amissa est pecunia. Queritur si liberatus sit debitor. Ugo dicit eum liberatum esse.

- R.** D. mandati, l. si fideiussore § si debitor <sup>43</sup>.  
C. de legibus et Constitutionibus, l. quod favore <sup>44</sup>.  
C. de dilationibus, l. a procedente <sup>45</sup>.  
D. de solutionibus, l. si servus <sup>46</sup>.  
**R.** In Inst. quibus modis infirmantur testamenta <sup>47</sup>.  
D. de regulis iuris, l. bona fides <sup>48</sup>.  
C. de transactionibus, l. sanum <sup>49</sup>.  
D. de periculo et commodo, l. I § ult <sup>50</sup>.

l. 69. — <sup>22</sup> D. XIX, 5, l. 17. — <sup>23</sup> C. VI, 48, l. 8. — <sup>24</sup> C. VII, 26, l. 2. — <sup>25</sup> C. IV, 19, l. 6, auth. — <sup>26</sup> C. VI, 49, l. 1. Cod. add. auth. nec. — <sup>27</sup> D. V, 8, l. 9. — <sup>28</sup> C. VII, 2, l. 7. — <sup>29</sup> Cod. add. non. — <sup>30</sup> Cfr. P. CXXXIII. — <sup>31</sup> D. XLVI, 8, l. 61. — <sup>32</sup> D. XXVI, 7, l. 46. — <sup>33</sup> C. VII, 28. — <sup>34</sup> D. XX, 6, l. 8 § 15. — <sup>35</sup> D. XXXI, l. 84 § 1. — <sup>36</sup> D. XXIV, 1, l. 88. — <sup>37</sup> D. XXIII, 8, l. 29. — <sup>38</sup> D. XXI, 2, l. 12. — <sup>39</sup> D. XXVI, 1, l. 7. — <sup>40</sup> D. XVIII, 1, l. 29 § 2. — <sup>41</sup> Cod. quidam. — <sup>42</sup> Cod. Titio. — <sup>43</sup> Cod. si filius § si dolose. D. XVII, 1, l. 29 § 2. — <sup>44</sup> C. I, 14, l. 6. — <sup>45</sup> C. III, 11, l. 4. — <sup>46</sup> D. XLVI, 8, l. 82. — <sup>47</sup> I, II, 17. — <sup>48</sup> D. I, 17, l. 57. — <sup>49</sup> C. II, 4, l. 27. — <sup>50</sup> D. XVIII, 6, l. 1 § 4.

52 *ALFENUS libro secundo digestorum* Si ex plagis servus mortuus esset neque id medici inscientia aut domini negligentia accidisset, recte de iniuria 1 occiso eo agitur. Tabernarius in semita noctu supra lapidem lucernam posuerat: quidam praeteriens eam sustulerat: tabernarius eum consecutus lucernam reprobabat et fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolor<sup>5</sup> inerat, verberare tabernarium coeperat, ut se mitteret: ex eo maiore rixa facta tabernarius ei, qui lucernam sustulerat, oculum effoderat: consulebat, num damnum iniuria non videtur dedisse, quoniam prior flagello percussus esset. respondi, nisi data opera effodisset oculum, non videri damnum iniuria fecisse, culpam enim penes eum, qui prior flagello percussus, residere: sed si ab eo non prior vapulasset, sed cum ei lucernam eripere vellet, rixatus esset, tabernarii<sup>6</sup> culpa factum 2 videri. In clivo Capitolino duo plostra onusta mulae ducebant: prioris plostri muliones conversum plostrum sublevabant, quo facile mulae ducerent: inter<sup>7</sup> superius<sup>8</sup> plostrum cessim ire coepit et cum muliones, qui inter duo plostra fuerunt, e medio essent, posterius plostrum a priore percussum retro redierat et puerum cuiusdam obriverat: dominus pueri consulebat, cum quo se agere oporteret. respondi in causa ius esse positum: nam si muliones, qui superius plostrum sustinuerunt, sua sponte se subduxissent et ideo factum esset, ut mulae plostrum retinere non possint atque onere ipso retraherentur, cum domino mularum nullam esse actionem, cum hominibus, qui conversum plostrum sustinuerunt, lege Aquilia agi posse: nam nihilo minus eum damnum dare, qui quod sustineret mitteret sua voluntate, ut id aliquem feriret: veluti si quis asellum cum agitasset non retinuisse, aequè si quis ex manu telum aut aliud quid immisisset, damnum iniuria daret. sed si mulae, quia aliquid reformidassent<sup>9</sup> et muliones timore permoti, ne opprimerentur, plostrum reliquissent, cum hominibus actionem nullam esse, cum domino mularum esse. quod si neque mulae neque homines in causa essent, sed mulae retinere onus nequissent aut cum coniterentur<sup>10</sup> lapsae concidissent et ideo plostrum cessim redisset atque hi quo<sup>11</sup> conversum fuisset onus sustinere nequissent, neque

cum domino mularum neque cum hominibus esse actionem. illud quidem certe<sup>12</sup>, quoquo modo res se haberet, cum domino posteriorum mularum agi non posse, quoniam non sua sponte, sed percussae retro 3 redissent. Quidam boves vendidit ea lege, uti daret experiendos: postea dedit experiendos: emptoris servus in experiundo percussus ab altero bove cornu est: quaerebatur, num venditor emptori damnum praestare deberet. respondi, si emptor boves emptos haberet, non debere praestare: sed si non haberet emptos, tum, si culpa hominis factum esset, ut a bove feriretur, non debere praestari, si vitio bovis, 4 debere. Cum pila complures luderent, quidam ex his servulum, cum pila percipere conaretur, impulit, servus cecidit et crura fregit: quaerebatur, an dominus servuli lege Aquilia cum eo, cuius impulsu ceciderat, agere potest. respondi non posse, cum casu magis quam culpa videretur factum.

1 *ULPIANUS libro trigesimo secundo ad edictum*

Videamus, an et servorum culpam et quoscumque induxerit praestare conductor debeat? et quatenus praestat, utrum ut servos noxae dedat an vero suo nomine teneatur? et adversus eos quos induxerit utrum praestabit tantum actiones an quasi ob propriam culpam tenebitur? mihi ita placet, ut culpam etiam eorum quos induxit praestet suo nomine, etsi nihil convenit, si tamen culpam in inducendis admittit, quod tales habuerit vel suos<sup>1</sup> vel hospites: et ita Pomponius libro sexagesimo tertio ad edictum 1 probat. Si hoc in locatione convenit ignem ne 'habeto' et habuit, tenebitur etiam si fortuitus casus admisit incendium. quia non debuit ignem habere.

aliud est cum ignem innocentem habere: permittit 2 enim habere, sed innoxium, ignem. Item prospicere debet conductor, ne aliquo vel ius rei vel cor-3 pus deterius faciat vel fieri patiatur. Qui vinum de Campania transportandum conduxisset, deinde mota a quodam controversia signatum suo et alterius sigillo in apothecam deposuisset, ex locato tenetur, ut locatori possessionem vini sine controversia red-4 dat<sup>5</sup>, nisi culpa conductor careret. Inter conductorem et locatorem convenerat, ne in villa urbana faenum componeretur: composuit: deinde servus igne illato succendit<sup>6</sup>. ait Labeo teneri conductorem ex locato, quia ipse causam praebuit inferendo contra conductionem<sup>7</sup>.

27<sup>1</sup> *ULPIANUS libro octavo decimo ad edictum* Si servus servum alienum subripuerit et occiderit, et Iulianus et Celsus scribunt et furti et damni iniuriae 1 competere actionem. Si servus communis, id est meus et tuus, servum meum occiderit, legi Aquiliae locus est adversus te, si tua voluntate fecit: et ita

Proculum existimasse Urseius refert. quod si non voluntate tua fecit, cessare noxalem actionem, ne sit in potestate servi, ut tibi<sup>2</sup> soli serviat: quod puto 2 verum esse. Item si servus communis meus et tuus sit occisus a servo Titii, Celsus scribit alterum ex dominis agentem aut litis aestimationem consecuturum pro parte aut noxae dedi ei in solidum oport-3 tere, quia haec res divisionem non recipit. Servi autem occisus nomine dominus tenetur, is vero cui bona fide servit non tenetur. sed an is, qui servum in fuga habet, teneatur nomine eius Aquiliae actione, quaeritur: et ait Iulianus teneri et<sup>4</sup> est ve-4 rissimum: cum<sup>10</sup> et Marcellus consentit. Huius legis secundum quidem capitulum in desuetudinem 5 abiit. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia: 'Ceterarum rerum praeter hominem et pecudem occisus si quis alteri damnum faxit, quod usserit'<sup>11</sup> 'frerit ruperit iniuria, quanti ea res erit'<sup>12</sup> in diebus 'triginta proximis, tantum aes domino dare damnas 6 'esto'. Si quis igitur non occiderit hominem vel pecudem, sed usserit frerit ruperit, sine dubio ex his verbis legis agendum erit. proinde si facem servo 7 meo obieceris et eum adusseris, teneberis mihi. Item si arbustum meum vel villam meam incenderis, Aquili-8 liae actionem habebis<sup>13</sup>. Si quis insulam voluerit meam<sup>14</sup> exurere et ignis etiam ad vicini<sup>15</sup> insulam pervenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino: non minus etiam inquilinis tenebitur<sup>16</sup> ob res eorum exustas<sup>17</sup>. 9 Si fornicarius<sup>18</sup> servus coloni ad fornacem obdormisset et villa fuerit exusta, Neratius scribit ex locato conventum praestare debere, si negligens in eligendis ministeriis fuit: ceterum si alius ignem subiecerit fornaci, alius negligenter<sup>19</sup> custodierit, an tenebitur qui subiecerit? nam qui<sup>20</sup> custodit, nihil fecit, qui recte ignem subiecit, non peccavit<sup>21</sup>: quid ergo est? puto utilem competere<sup>22</sup> actionem tam in eum qui ad fornacem obdormivit quam in eum qui negligenter custodit<sup>23</sup>, nec quisquam<sup>24</sup> dixerit in eo qui obdormivit, rem eum humanam et naturalem passum, cum deberet vel ignem extinguere vel ita 10 munire, ne evagetur<sup>25</sup>. Si furnum secundum parietem communem haberes, an damni iniuria tenearis? et ait Proculus agi non posse<sup>26</sup>, quia nec cum eo qui focum haberet: et ideo aequius puto<sup>27</sup> in factum actionem dandam, scilicet si paries exustus sit<sup>28</sup>: sin<sup>29</sup> autem nondum mihi damnum dederis<sup>30</sup>, sed ita ignem habes<sup>31</sup>, ut metuam, ne mihi damnum 11 des, damni infecti puto sufficere cautionem<sup>32</sup>. Proculus ait, cum coloni servi villam exussissent<sup>33</sup>, colonum vel ex locato vel<sup>34</sup> lege Aquilia teneri, ita ut colonus possit servus<sup>35</sup> noxae dedere, et si uno iudicio res esset iudicata, altero amplius non agendum. sed haec ita, si culpa colonus careret: ceterum si noxios servos habuit, damni eum iniuria teneri, cur tales habuit<sup>36</sup>.